

III. FEJEZET.

A tanítóhatalom igazgatása.

I. A lelkipásztorok teendői a hitigazságokat illetőleg.

1. (Egyhm. zsinat. Tit. I. §. 1.)

Docent nos Sacrae Litterae, non esse in alio aliquo salutem, nec aliud nomen esse sub Coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, quam in nomine Domini Nostri Jesu Christi Nazareni;¹⁾ **Ipse enim est via, veritas et vita, nemo venit ad Patrem, nisi per Eum;**²⁾ desperataque est omnino salus eorum, qui alia via quaerunt aeternam beatitatem, quam quae a Catholica Ecclesia, veritatis ab Eo coelis adlatae, magistra et depositaria commonstratur.

Ingemiscimus et amaris idcirco deflemus lacrymis calamitatem huius aevi; tot quippe in eo numerari hostes infensissimos divinae Religionis et Ecclesiae nostrae, qui illam virulentis oppugnant assultibus, fucato ratiuncularum et sophismatum apparatu, falsam, merumque humanum inventum, rationi, ac bono commodoque humanae societatis adversam effutire non erubescunt, ipsumque Deum et Christum ejurare non verentur; pestifera hac incredulitatis contagione haud paucos etiam indoctos, rudioresque afflari, multorum convictionem de divina fidei veritate in dies imminui, teporem denique et indifferentismum in negotio Religionis per omnes hominum classes latius diffundi, imo diffusum iam esse.

Operariis in vinea Domini incumbit, depositum fidei custodire, gregem fidelium a venenatis pascuis arcere, in via veritatis conservare, et confirmare, ac quaevis errorum monstra convellere. Quare

a) omnem impendant operam Curatores animarum, ut fideles sibi crediti in fide catholica firmentur, ac de ejus veritate intime convincantur; non solum, ut donum hoc inaestimabile magni faciant,

¹⁾ Actorum c. IV. v. 10—12.

²⁾ Joannis c. XIV. v. 6.

et summae felicitatis sibi ducant, sed etiam ne adversariorum insidiis et seductioni facile pateant, imo et eorum impetitiones etiam cum effectu reprimere valeant. Hoc fine

b) in sacris ad concionem Sermonibus, et Catechesibus, in institutione sponsorum, aliisque privatae instructionis occasionibus simplici semper et plano, atque ad captum accomodato sermone exponant extraordinarios et universae naturae vires excedentes eventus, prophetias, miracula, celerem Religionis Christianae propagationem, et mirabilem ejus a tot saeculis conservationem, denique confessiones Martyrum, e quibus divinae Religionis veritas demonstratur; quo semel ad evidentiam posito, summae arrogantiae et iniquitatis est, seu totius Revelationis systema, seu speciales articulos Fidei ad tribunal humanae scientiae et limitibus circumscriptae rationis vocare velle; cum nihil tam irrationabile sit, quam omniscientiam divinam, rationemque infinitam finitae rationi subordinare.

c) Cum his temporibus hostes Religionis nostrae omnes ingenii vires, iniquissimas artes, machinationes, calumnias et detorsiones adhibeant ad subvertendam Revelationis divinae veritatem, aut ad minus ad indifferentismum in negotio Religionis inducendum: haud mediocris utique scientia et dexteritas necessaria est, ad veritatem defendendam, et ad speciosa argumenta, quibus impugnatur, convellenda; Quapropter animarum Curatores irremisso studio conitantur eas sibi cognitiones et scientiam comparare, queis nequissima adversariorum in dies increscentium tela retundere, et infringere efficaciter valeant: „**Labia enim Sacerdotis custodire debent scientiam, et legem requirent de ore ejus.**“¹⁾ idemque paratus inveniri debet, ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae in nobis est, spe.²⁾

d) Pastores curae suae creditos a lectione librorum perniciosorum, Religioni infestorum, eam directe vel indirecte oppugnantium, vel cavillantium, omniumque similis furfuris ephemeridum et nagellarum, quae Fidem Catholicam labefactare, contemptum et odium in clerum accendere nituntur, omnino dehortari, et retrahere satagant; ob oculos eis ponendo, quod male saluti suae consulant, talia legendo; periculoque se exponant summum Dei donum — **fidem** quippe amittendi; cum venenum blande quidem intret, sed in fine mordeat, et perimat;

e) meminerint etiam Parochi et Confessarii, omnibus et singulis fidelibus inhibitum esse, ne quovis praetextu etiam curiositatis conciones Heterodoxorum audire, vel eorum cultus exercitiis interesse praesumant. Denique

f) nihil eorum intermittant, quae ad tuendam et fovendam Fidem Catholicam inter suos conferunt, serio recogitando, quam se-

1) Malach. II. v. 7.

2) I-a Petri III. 15.

verum iudicium, quam terribilis exspectatio poenarum sibi immineret, si suo peccaminoso silentio, defectuque vigilantiae, custodiae, et zeli, animae ipsis concredita damnationem aeternam incurrerent.

2. Hitvallás.

(*Egyhm. zsinat. Tit. I. §. 2.*)

Cum fides cuiusvis boni salutaris fundamentum sit, et Religio christiano-catholica tota sancta, vera et divina, ejusque doctrina ad salutem necessaria: fides haec in hac Dioecesi nostra, quantum in nobis est, illibata semper servetur, et tradatur, inhaerentes Decretis SS. Concilii Tridentini Sess. 24-a cap. 12-o de Reform. et Provincialis Synodi Strigoniensis 1858-o celebratae, obstringimus, et obstrictos declaramus ad publicam orthodoxae Fidei professionem juxta formulam a Pio IV-o praescriptam:

a) omnes Cathedralis Ecclesiae Dignitarios et Canonicos tam actules, quam honorarios, toties renovandam, quoties altiozem gradum conscenderint; tam coram Nobis, vel Delegato Nostro, quam et Capitulo;

b) omnes qui curam animarum obtinent, scilicet Parochos et Capellanos locales, eamque iterabunt toties, quoties novae parochiae possessionem adiverint;

c) Superiores Seminariorum, majoris et minoris, nec non synodales Examinatores;

d) cunctos, qui disciplinas sacras in Lyceo Episcopali, aut profanas quoque in Gymnasio docuerint, et quidem ex laudabili consuetudine cum initio cuiusvis anni scholastici;

e) Concionatores stabiles etiam Regulares;

f) denique docentes stabiles scholarum realium, normalium, praeparandiae, et trivialium, peculiarem classem assignatam habentes; item magistras scholarum puellarium tam publicarum, quam privatarum, qui omnes in manus Vice-Archi-Diaconi, vel Parochi, aut alterius per Episcopum deputati, dum officium suum auspicantur, sub cultu divino, lingua in parochia usitata, dictam Fidei professionem eliciendam habebunt.¹⁾

¹⁾ A „Sacrorum Antistitum“ motu propriot, mely a hitvallás letételére vonatkozó közönséges és az egyházmegyeitől több pontban eltérő jogot tartalmazza, l. Circ. 1910. XX. Az eskü-formulát u. o. a 190. l., a trienti hitvallásnak IX. Pius által bővített formáját pedig Circ. 1877. 35. l.

3. Vigilantia-bizottság.

(1909. évi 172. sz. püsp. intézv. Circ. I. 1.)

Sanctissimus D. N. Pius Papa X. in litteris suis encyclicis „*Pascendi Dominici Gregis*“ in litteris circularibus dioecesanis XVIII. a. 1907. sub nr. 4725 publicatis ad errores modernos late diffusos expellendos atque ad impediendum, quominus hi ulterius divulgarentur, praecepit atque mandavit, ut in singulis dioecesibus *Consilium* quod a *Vigilantia* dicitur, institueretur.

Mandato gratiosissimo igitur Suae Sanctitatis obtemperans *Consilium a Vigilantia* cum munere in memoratis litteris Apostolicis Nro VI. exposito pro dioecesi Qu.-Ecclesiensi praesentibus instituo atque eiusdem membra enuntio:¹⁾

Omnes supradictos mandato Suae Sanctitatis sub puncto eiusdem encyclicae IV. contento congruenter una censores dioecesanos nomino.

Requiro membra supradesignata Consilii a Vigilantia, ut munus suum juxta intentionem atque voluntatem Ssmi Patris adimplere studeant et tempore opportuno vel necessitate aliqua urgente vel etiam aliquo membrorum suadente ad consilium per me aut per Rssmum Dominum substitutum meum convocandum prompti comparere velint.

4. Könyvtilalom.

a) (1897. évi 784. sz. püsp. intézv. Circ. IV. 22.)

Hanc summi momenti constitutionem Apostolicam¹⁾ cum Venerabili Clero dioecesano communicantes, omnes et singulos Ven. Sacerdotes provocamus, ut eam attente perlegant, ut tum ipsi suam constitutionis huius decretis, conforment agendi rationem, tum fideles suos, imprimis in sacro poenitentiae tribunali, idonee instruere, a lectione pravorum librorum arcere, atque eos etiam cohibere queant, ne aliis pravorum scriptorum praebeant mortiferam luem.²⁾

b) (1863. évi 2470. sz. püsp. intézv. Circ. 1861—9. 121.)

... 1. Cum *Divinitas Jesu* fundamentum totius Christianismi constituat; et liber Renan-ianus fundamentum hoc manifeste subruere nitatur: idcirco librum hunc vi muneris nostri ... censura perstringimus, poscribimus, et prohibemus.

2. Lectionem illius, conservationem, communicationemque, *tam Clero quam Fidelibus* sub gravi peccato prohibemus.

1) A Vigilantia-bizottság tagjainak névsorát l. a schematismusban.

2) „Officiorum ac munerum“. Circ. 1897. IV. 13.

3) Az egyházmegyei könyvbíráló-bizottság tagjainak névsorát l. a schematismusban.

3. Curatoribus animarum injungimus, ut proscriptionem et prohibitionem hanc bibliopolis in ambitu Parochiae existentibus, aliisque, apud quos librum hunc existere certe sciunt, intimare non omittant. Demum

4. Sermones sacros de Divinitate Jesu Christi in tota extensione ex professo instituunt, atque ad ipsum etiam Exhortatores seu Catechetæ superiorum scholarum relate ad juventutem facere tenentur. Attamen ea utantur omnes prudenti circumspectione, ne — ubi fideles et juvenus altiorum scholarum de blasphemio libro hoc nihil sciunt — *attenti ad eum reddantur*, sed omnes in fide tantum confirmantur, ac adversus tela nequissimi hostis praemuniuntur.

c) (1906. évi 1816. sz. püsp. intézv. Circ. IX. 71.)

Hock János budapest-köbányai plébánosnak „*Jésus élete*“ cím alatt, egyházhatósági engedély nélkül megjelent, tehát már ez okból is tiltott könyve, ezenfelül oly tanokat foglal magában, melyek a kath. hit igazságaival ellenkezően, — az esztergomi főegyházmegye főtiszt. kormányát ezen munkának kifejezett eltiltására is kényszerítették.

Bár a nevezett szerző az egyházi főhatóság intézkedésének engedelmesen alávetette magát, mindazonáltal az Athenaeum-vállalat, mint az említett mű kiadója, e könyvet forgalomba hozta s hirdetés útján most is terjeszti, amit megakadályozni, sajnos, nem lehet.

Nehogy tehát a hívek, a szerző személyisége s a tetszetős cím által félrevezetve, a szóban levő ártalmas könyv olvasásával hitök tárgyában megtévesztessenek — a nevezett könyvnek olvasását egyházmegyém hiveinek is ezennel megtiltom, lelkiismereti kötelességévé tevén egyházmegyém minden lelkészének és hitoktatójának, hogy ott, ahol annak szüksége mutatkozik, hiveiket, illetve gondjaira bizott tanuló-ifjúságot óva figyelmeztessék az idézett munka kártékony voltára s azon szomorú következményekre, melyekkel a tiltott könyvnek olvasása b. e. XIII. Leo pápának 1897. évi január hó 17-én kiadott „*Officiorum ac munerum*“ kezdetű Constitutioja értelmében minden katolikusra nézve jár.

II. Hitszónoklat.

I. Egyhm. zsinat. Tit. III. §. 2.¹⁾

Quam sublime et excelsum sit verbi divini praedicandi munus, vel inde patet, quod ipsi sancti Apostoli tamquam proprium illud sibi vindicaverint. „Non est aequum, inquit illorum princeps Petrus, nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis; videte ergo viros boni testimonii, quos constituatis super hoc opus, nos autem orationi et ministerio verbi insantes erimus.“ Act. VI. Quare cum Sacer-

¹⁾ Az eszterg. tartom. zsinat idevágó határozmányát l. az 53. l.

quos vi ordinationis suae, (cum debita tamen subordinatione) ad verbum divinum praedicandum destinatur: hinc Curatores animarum merito maximi facere debent munus praedicandi propter sublimitatem, et excellentiam officii, illudque omnibus viribus adimplere, propter gravissimam obligationem, quae ipsis incumbit; speciatim:

Decrevit Conc. Trid. Sess. V. C. 2. de Reformatione: „Archipresbyteri, Plebani, et quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent, per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis, et festis solemnibus, plebes sibi commissas, pro sua, et eorum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo, quae scire omnibus necessarium est ad salutatem, annunciandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia, quae eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere, et coelestem gloriam assequi valeant.“

Haec igitur semper prae oculis habeant animarum Curatores, ut illis sese conforment; eundem finem sibi praestituant, ob quem Salvator de coelo in terram descendit: „Ego, inquit Joan. 10-o., veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant.“ proinde sacer orator aequae omnia, quae in concionibus dicit, aut dicere intendit, ad eum scopum dirigat, ut peccatores a peccati morte resurgant, et vitam gratiae recuperent, et ut justi in vita spirituali proficiant; ad quem scopum, ut pertingat, opus est, ut docat, et moveat; i. e. ut auditorum (mentem), intellectum illuminet, et permoveat voluntatem; ut virtutum decorem, et pulchritudinem, vitiorum vero horrorem, ac foeditatem ob oculos ponat, unde illarum amor, et praxis, horum vero detestatio, et fuga sequatur.

Ut autem salutarem laboris sui fructum ferant, necesse est, ut diligenter omnino se ad concionem praeparent, ne res sine ordine et nexu, atque ad scopum haud pertinentes proponant; sermoque sit loco, tempori, et auditorum capacitati accomodatus, nec non solidis argumentis, ex sacra Scriptura, Conciliis, sanctis Patribus, et ratione desumptis, comprobatus. Ut porro juxta monitum sacri Concilii, praedicatio sit capacitati auditorum attemperata, abstineant praedicatores coram rudibus, et indoctis alta nimis et difficilia tractare; quae vero utilia, attamen illis intellectu difficilia videbuntur, ea contentur clara et intelligibilia reddere; abstineant pariter a vocabulis novis, in usum apud populum necdum inductis, quorum significationem non intelligunt.

Elocutio sit pura, naturalis, simplex, non affectata, ast vivida, ut orator sacer non loquatur quasi declamator, qui recitat, quod alter composuit, sed tamquam eodem affectu incensus, quem vult in auditoribus excitare, id quod fieri non potest, nisi a se ipso convictus, idem quod loquitur sentiat, sensuique spiritum, et affectum conformet; neque enim fax, quae non ardet, accendit.

Sermonem gestus congrui comitentur decori, et moderati, cavendumque ne gesticulatio sit nimia aut violenta, projectis in utramque partem brachiis, neque eodem gestu semper utendum, sed pro rei varietate dictioni aut locutioni aecomode respondeat.

Plurimum denique ad salutarem fructum faciet praevia humilis et devota imploratio divini Numinis, ut per sanctam gratiam suam, et benedictionem, sermonem reddat efficacem, et fructuosum. Si demum sacer orator id quod verbis praedicat, opere ipso compleat, et sibi creditos non minus vita, quam doctrina, ad omnem virtutem alliciat.

2. Felhatalmazás szomszédos egyházmegyebeli papnak.

(1911. évi 537. sz. püsp. hird. Circ. I. 6.)

A „Sacrorum Antistitum“ kezdetű motu proprio rendelkezése szerint más egyházmegyében prédikálni akaró papnak szüksége van püspökének külön ajánlására és engedélyére. Ezen ajánlást, illetőleg engedélyt a nm. püspöki kar tagjai az 1910. november 12-én tartott tanácskozmányukban hozott határozat szerint a szomszédos egyházmegyékre nézve a hitszónoklással megbízott papoknak egyszer s mindenkorra kölcsönösen megadták. Ugyanezen ügy kapcsán a magyarországi püspöki kar tagjai egymásnak is a *jus Pontificalium* gyakorlását egyszer s mindenkorra engedélyezték.

Miről a T. Papságot tudomásvétel céljából ezennel értesítem.

III. Hitoktatás.

1. Hitoktatás az elemi iskolákban.

a) (Egyhm. zsinat. Tit. III. §. 3.)¹⁾

Praeter sublime concionandi munus, est et aliud proprium et peculiare Sacerdotis officium, catechisandi scilicet, et prima fidei catholicae rudimenta parvulis, et ignaris tradendi, cui tanto majori cum diligentia et affectu incumbendum est, quanto uberius plerumque ex eo fructus, animarumque proventus colligi potest. Comprehenditur haec obligatio Pastoris animarum jam in generali officio praedicandi verbum Dei; ideo Conc. Trid. Sess. XXIV. Cap. 4-o de Reformatione ordinavit: „Ut Episcopi saltem dominicis et aliis festis diebus pueros in singulis parochiis fidei rudimenta, et obedientiam erga Deum et parentes, diligenter, ab iis, ad quos spectabit, doceri curent, et si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellant.“

His cohaerenter statuimus:

a) Ut singuli Parochi et Curati huic muneri conscientiose, et diligenter respondeant, ac singulis dominicis et festis diebus, tam in Ecclesiis parochialibus, quam in filialibus, dum in his res divinae celebrantur, institutoni catecheticae unam circiter horam impendant.

b) Omnes utantur Catechismo a Synodo Provinciali Strigoniensi

¹⁾ Az eszterg. tart. zs. határozmányát I. az 53. lapon.

praescripto, cujus tenor et divisio in proponenda, et explicanda fidei doctrina, prout et distinctio opusculorum, secundum capacitatem parvulorum stricte servetur.¹⁾

c) Peculiarem curam habeant prolium in filialibus, in quibus cultus divinus non celebratur, existentium, item in praediis, ac diverticulis, aliisque locis solitariis degentium, nec non inter acatholicos permixtim viventium; eas igitur tempore opportuno ad se evocent, et si catechesibus ordinariis, ut sunt pastores, famuli etc. etc. interesse nequeunt, privatim instruant.

d) In locis ubi nec scholae, nec Ludimagistri sunt, et excursio praecipue de hyeme nimis difficilis est, satagant Parochi personas pias, charitate ferventes, et bene instructas, vel instruendas lucrari, quae hanc provinciam in se suscipiant, doceant pueros preces, et necessaria fidei catholicae rudimenta, ne secus in ignorantia, et feritate excrescant, fideique jacturam patiantur, et pereant.

e) Cum Curatoribus animarum gravissima incumbat obligatio tradendi doctrinam christianam etiam in scholis elementaribus, hanc obligationem utique per se implere debent; igitur ipsimet singula cujusvis septimanae feria quarta et sabbatho scholam adeant, et catechesim servent, (nisi ex gravibus rationibus munus hoc Cooperatori relinquere deberent). Quamvis vero Ludimagistris, qui fidei professionem fecerunt, in subsidium uti possint, intendant tamen eis, ut sanam semper doctrinam doceant, et probò exemplo pueris praeluceant.

f) In Quadragesima tam scholares, quam alii, qui catechesim frequentant, ad digne suscipienda sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae, modumque rite confitendi sua peccata, instruendi sunt, qua in re omnis industria circa illos praecipue adhibenda est, qui ad primam Communionem accessuri sunt, ut puerorum cordibus tanti Sacramenti majestas, et veneratio profunde insculpantur.

g) Institutantur in omnibus Parochiis etiam scholae dominicales, in quibus una aut altera hora, diebus dominicis et festis, lingua vernacula, praecipua doctrinae catholicae capita, Oratio Dominica, Symbolum Apostolorum, Praecepta Dei, et Ecclesiae memoriter doceantur, aut repetantur, addita per Pastorem vel Catechetam debita explicatione, et exhortatione. Etsi autem hae scholae proprie non instituantur ad Litteras discendas, aut artem scribendi, et legendi, poterit nihilominus juvenus in his etiam doceri, postquam in praedictis bene, sufficienterque instituta fuerit. Ut vero adolescentes utriusque sexus ad cantum ecclesiasticum rite efformentur, omnino dposcimus et disponimus.

h) Nulli labori parcendum, ut pueri non litteram tantum catechismi, et nuda verba memoriter referre sciant, sed ejus sensum quoque comprehendant; verba enim ut plurimum brevi oblitterantur, sensus vero in corde superstes manet. Efficiet vero id Catecheta, si

¹⁾ Az új katekizmus elrendelése (l. alább a g) pontot) ezen előirást hatályon kívül helyezte.

materiam breviter, clare, et dilucide, atque ad captum exposuerit, interrogationes alio, et diverso modo formaverit; blande, hilariter cum singulis egerit; non langvide sed ferventer rem tractaverit; et non modo docere, sed etiam animos movere et delectare noverit, libenter enim a pueris audiri, iam est in eorum corda penetrasse.

b) (1898. évi 1046. sz. püsp. határoz. Circ. V. 34.)¹⁾

... Ut proinde scientia Sanctorum in mentibus juventutis iterum efflorescat ac virtutum ornamentis corda eorum fulgeant non aliud erit necesse — ut Concil. Strigoniense 1858. testatur — quam ut sacerdotes, quibus cura scholarum ex officio incumbit et demandata est, ea assiduitate, illa fidelitate muneri suo satisfaciant, quam rei ipsius gravitas et dignitas deposcit. Ante omnia igitur — hortante eodem concilio — se ipsos, tanquam tenerae aetatis patres, praebeant juventuti exemplum. Non abhorreant pulveres scholasticos, in quibus ipsi quoque adoleverunt. Quid majus, quam animis parvulis moderari, quam adolescentulorum fingere mores S. Chrys. Hom. 60. in cap. 18. Matthaei. Ne despiciant teneram aetatem, quam ipse Dominus amplexus est. Apud adultos saepe supra petram cadit semen: adolescentulorum autem corda facile flectuntur. Diligenti muneri executione parabunt sibi plebem perfectam. Memores sint verborum Christi: „Qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.“ Matthaei: 18. 5.

Quibus omnibus perpensis, statutis synodi Dioecesis 5-Eclesiensis an. 1863. celebratae conformiter omnibus parochis et curatis pro gravitate rei impense praecipio, ut suo muneri maximi momenti, tradendi doctrinam religionis in scholis elementaribus conscientiose et diligenter ipsimet incumbant et singulis septimanis duabus saltem vicibus scholam adeant et catechesim servent. Quamvis vero ludimagistris, qui fidei professionem fecerunt, in subsidium uti possint, intendant tamen iis, ut sanam semper doctrinam doceant et probo exemplo pueris praeluceant.

Praeterea diebus quoque dominicis tempore imprimis quadragesimae et adventus, tam in Ecclesiis parochialibus, quam in filialibus, dum in his res divinae celebrantur, ad digne suscipienda Sacramenta Paenitentiae et Eucharistiae institutioni catecheticae debitum tempus impendant.

Simul hisce omnibus Dioecesis vicearchidiaconis injungo, ut de singulis parochiis sui districtus, seorsum conspectum tabellarem, statum scholarum elementarium, habita ratione ad juventutis instructionem catechetica, in foliis, sequentibus rubricis provisus, exhibeant:

1. Nomen communitatis?
2. Character scholae?
3. Numerus classium?

¹⁾ Mellőzve Hetyey püspök ezen nevezetes körlevelének parenetikus és didaktikus részét, csak a rendelkező részt közlöm.

4. *Universim juvenes utriusque sexus religionis catholicae?*
5. *Quot horis per hebdomadem catechizat parochus?*
6. *Quot horis catechizant cooperatores?*
7. *Quot horis catechizant docentes?*

Hi conspectus tabellares a vicearchidiacono, respectivis parochis, cooperatoribus ac docentibus subscripti et sigillo officii vicearchidiaconalis muniti, decursu duorum mensium, Cancellariae meae, lingua hungarica substernantur, et in posterum exeunte quolibet anno scholastico conficiantur.

c) Kimutatás az elemi iskolák hitoktatásáról.

α) 1898. évi 1487. sz. püsp. rend. Circ. VII. 73.)

Ordinationi in literis circularibus a. c. sub Nro 1146 editae cengruenter, omnibus DD. Curatis submittuntur in advolucro ./ philyrae rubricis impressae, paradigmatis instar, pro exhibendo statu catechesium in scholis elementaribus totius Dioeceseos.

In ducibus districtibus Slavoniae quoque uniformitatis causa his philyris est utendum, ita tamen, ut textui hungarico rubricarum, intra parenthesim versio croatica, adnectatur.

β) (1899. évi 3379. sz püsp. intézv. Circ. XIV. 162.)

Egyházmegyém kath. elemi iskoláinak hitoktatását feltüntető hivatalos kimutatás az elmúlt tanévről az összes plébániákból beérkezvén és általam gondosan megvizsgáltatván, örömmel győzöttem meg, hogy úgy a lelkészkedő papság, mint az azzal együtt működő kat. tanítói kar — elenyésző csekély számu kivételtől eltekintve — teljes mérékben felfogta a hitoktatói tiszt nagy fonosságát és az ifju nemzedék valláserkölcös nevelésére irányító kihatását.

Ugyanis nemcsak az anyaegyházak tanodáiban, hanem sok helyütt a világi hatóság jóakaratu támogatása és a községi előjáróságnak a fuvarszolgáltatásnál tanusított áldozatkészsége folytán számos fiókegyházban is maga a lelkész vagy segéde személyesen buzgólkodhatott a hitoktatás nemes tisztében. S habár a fiókegyházak serdülő ifjuságának saját lelkésze által a hit elemeiben való oktatása még sok kívánni valót hagy hátra, s e téren az eddiginél nagyobb erélylyel kellend a községek fuvarbeli segélyét sürgetnünk, mégis szeretem hinni, hogy széles egyházmegyém plébániái közt egy sincs, hol a lelkész az ifjuság hitoktatási tisztét szorosan személyes kötelezettségének ne tartaná, mely kötelezettség alól sem a tanodák száma, sem az aggkor felmentési okul nem szolgálhat.

Egyuttal különösen hangsulyoznom kell hogy, az iskolai katekezissel a lelkészi működés befejezve nincs, hanem ezen tiszt fokozott lelkiismeretesség és buzgóssággal az ismétlő iskolában és templomi hitoktatás alkalmával folytatandó. Azért óhajtanám, hogy a jövő évi hitoktatási kimutatásban a lelkész urak e két utóbbi feladatra is különös tekintettel lennének.

Meg kell még jegyezni, hogy a kimutatásban az osztályok számával jelzett rovat alatt a tantervek száma értendő.

Továbbá a Slavon országi plébániákban a horvát szöveg mellé a magyar szöveg is a kimutatásban kiirandó.

γ) (1903. évi 1613. sz. püsp. rend. Circ. IV. 70.)

Vonatkozással 1898. évi V. sz. körlevelemben 1040. sz. a. a hitoktatás lelkiismeretes és buzgó teljesítése érdekében kibocsátott rendeletemre utasítom a t. iskolaigazgató plebánosokat, miszerint a *hitoktatás teljesítéséről* szóló, fentidézett rendeletben előírt *táblázatos kimutatást* az iskolai szorgalmi idő befejeztével azonnal kiállítsák és hogy a tanítók megkivánt aláírása arról ne hiányozzék, azt általuk is azonnal aláírassák. Az így kiállított táblázatos kimutatások a kerületi esperes tanfelügyelőkhez küldendők.

A kerületi esperes-tanfelügyelők a hiányosan kiállított kimutatókat helyesbítés céljából visszaszármaztatni-, a be nem érkezettek pedig szorgalmazni tartoznak, hogy az egybegyűjtött összes kerületi táblázatos kimutatókat *Junius hó végeig* az *Egyházmegyei Hatóság* czimére betérjeshessék.

d) *Kiszállítás a fiókegyházakba hitoktatás céljából.*

(1899. évi 89. sz. püsp. hird. Circ. I. 4.)

Ut catecheses in scholis quoque filialium communitatum statis temporibus asservari possint et in hunc finem currus necessarij catechetis praesto sint, omnes Comitatum Dioecesis meae vicecomites distinctis litteris requisivi. Responsum vice-comitis Baranyaensis Comitatus in subnexo pro congruo usu DD. Curatis hisce notum reddo:

Nr. 86.667/1898. Illustrissime ac Reverendissime Domine Episcopo! Nexu aestimatissimarum litterarum ddo 15-ae. Novembris a. l. sub nro 4040 ad me directarum in merito catechesium in singulis communitatibus ab ipsis animarum curatoribus, utpote viris hujus maximi ponderis officii peritissimis, asservandarum, honori mihi duco Illustrati vestrae reverenter ad notitiam perferendi: cunctorum in comitatu districtuum iudices nobilium directioni meae obnoxios provocavi, ut zelo huic summi momenti fini convenienti sua conamina illuc dirigant, quatenus communitates, in quibus curatores animarum non resident, petente parochi, necessarios currus, aut saltem expensas vecturae offerant, respective e fisco communitatis liquidandas curato catechisandi gratia certas reddant. Ad praestationes tamen has concedendas confessiones districte devincire sphaeram jurisdictionis meae excedit. Qui peculiari venerationis cultu sum Illustratis Vestrae V-Ecclesiis 21-a Nov. 1898. absente vice-comite Camillus Koszits notarius sup. Comitatus.

Fundamento hujus rescripti provoco DD. Curatos, ut communitates pro catechesi in filialibus scholis asservanda, ad vecturam

catechetis suppeditandam, invocata, si necesse foret, etiam jurisdictionis comitatensis intercessione, pervomere contentur.

e) Az új katekizmus és tanterv elrendelése.

(1907. évi 2137. sz. püsp. rend. Circ. IX. 63.)

Múlt évi X. körlevelemben 2580. sz. alatt és XII. körlevelemben 2788. sz. alatt közzétett utasításom kapcsán örömmel értesitem a t. lelkeskedő papságot, hogy hosszas és lelkiismeretes előmunkálatok után a nagymélt. magyar püspöki kar megbízásából kifolyólag az eddig használatban volt Deharbe-féle (esztergomi) katekizmus átdolgozása már befejeztetett és az új „Római Kath. Elemi Katekizmus a biblia elemeivel az elemi népiskolák II. osztálya részére,” valamint az új „Római Kath. Kis Katekizmus” a biboros hercegprimás úr Ó Eminenciájának nyomtatási engedélyével a *Szent-István-Társulatnál* már meg is jelent. E katekizmusok tót, német és horvát nyelvű kiadása pedig legközelebb fog a sajtó alól kikerülni.

A régi katekizmusok nyelvezeti és módszertani javítását égető szükségnek találván, az újonnan átdolgozott 2 katekizmust, mivel ezek mindegyike sz. hitünk igazságait az eddiginél megfelelőbb módszerrel és világosabb nyelvezettel tárgyalja, egyházmegyéim részére ezennel nemcsak szívesen elfogadom, hanem *kötelezőleg* elrendelem, hogy az átdolgozott Elemi Katekizmus és a Kis Katekizmus egyházmegyéim összes népiskoláiba fokozatosan bevezetessék, még pedig a következőképen:

1. Az 1907/8-iki tanévtől kezdve az elemi népiskolák I. osztályában vezérfonalul, a II. osztályban pedig tankönyvül csak az új „Róm. Kath. Elemi katekizmus” használtassék.

2. Minthogy az új Róm. Kath. Elemi katekizmus magában foglalja az I. II. osztályra előirt bibliai anyagot is, azért a II. osztályban külön bibliai tankönyvre nincs szükség.

3. az 1907/8-iki tanévben az elemi népiskolák III. osztályában és majd a következő években *fokozatosan* a többi osztályban is minden más katekizmus mellőzésével az új „Róm. Kath. Kis Katekizmus” szolgáljon kizárólagosan tankönyvül.

4. Az új katekizmussal kapcsolatosan a nagymélt. püspöki kar megbízásából az elemi népiskolák vallásoktatása részére *új tanterv és utasítás készült, melynek szoros követését és pontos alkalmazását ezennel hasonlóképen elrendelem.*

Az Elemi Katekizmus egyes példányának az ára színes illusztrációkkal 52 fillér, fekete illusztrációkkal 40 fillér. A Kis Katekizmus ára pedig 56 fillér. Az új tanításterv és utasítás kapható a Szent-István-Társulatnál 30 fillérért. A t. káplán és hitoktató uraknak, nemkülönben a plébániahivataloknak ezen tanítástervet és utasítást legközelebb ingyen fogom megküldeni; a plébániahivataloknak azon meghagyással, hogy ezt a plébánia levéltárába bevezessék és gondosan megőrizték.

